



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimæ, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 3. Apparet iterum Christus discipulis simul congregatis, præsentem
Thoma, simulque apparet charitas, Quæ non irritatur. Esto appareant
aliquæ irascendi causæ, multò tamen plures sunt & ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

III. PUNCTUM.

Charitas igitur non querendo sua, melius invenit quam si sua quæret: & tantò est ditor, quanto paup. rior; Quia sic purior redditur, sic gravior & acceptior Deo, qui idcirco, bonus cum bonis, & sanctus cum sanctis dicitur, quia se tantò illis meliorem & liberaliorem ostendit, quantò se in ipsum impendunt liberalius, & de suo magis effundunt. Quoniam Dominus retribuens est, ait Sapiens; non dicit retribuit sed retribuens, quasi fons perpetuo manans, & quasi sol indefinenter lucens & ardens: *Augebit incrementa frugum iustitia vestra, ut in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem*, inquit Apostolus: quasi diceret, non propterea Deo serviendum ut sic abundetis, sic enim charitas sua quæretet, sed reinenda semper simplicitas puri servitii & amoris Dei, ut si ve abundetis si ve non, vos semper Deum purè colatis & ametis. Tantum hoc cavere, ne amore vestri, vestra quærat, & vestra quærendo minus purè quærat Deum, quia sic duplici errore deciperemini; primò quidem quod putaretis aliquid perdidit, dum ser. itur Deo; deinde verò quod tamen si

Ps. 17.

Ecclesi. 35.
2. Cor. 9.

hoc esset, prospiciendum vobis esse crederetis cum præiudicio divini cultus. Quod utrumque fallum est, nam & Deus propter se est amandus & colendus; & amanti Deum nihil peribit.

Quo de argumento sæpe & fusè, Apostolo disserendum fuit, quia ex una quidem parte voluisset omnes sicut se servire Christo, in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, id est, pure propter ipsum Deum: ex alia verò videbat omnes, qui sua sunt, quætere, non qua sicut Iesu Christi; Quid hic ageret, nisi utrumque sic tæperando doceret charitatè sua non quætere & non quærendo tamen sua melius invenire, quàm si avidius quæreret. Sic ipse Dominus: *Qui perdidit animam suam propter me*, id est, vitam temporalem, *inveniet eam*, id est, inveniet altam vitam longè meliorem, sicque sua non quærendo, melius inveniet. *In paucis verari, in multis bene disponentur, quoniam Deus tenet arvit eos, & invenit illos dignos se. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi, quoniam donum & pax est electis eius.*

2. Cor. 1.

Phil. 1.

Math. 10

Sap. 3.

Vide in 4. parte, tota quidem hebdomada 17. sed præcipue Sabbato.

FERIA TERTIA.

APPARET ITERUM CHRISTVS

Discipulis simul congregatis, prasente
Thoma.

Simul apparet Charitas quæ non irritatur.

Et post dies octo, iterum erant Discipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus, januis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, pax vobis; deinde dicit Thomas, *infra digitum tuum huc, & vide manus meas; & offer manum tuam, & mite in latus meum; & nol: esse incredulus; sed fidelis.* Joan. 20.

VERITAS PRACTICA.

Esto appareant aliqua irascendi causæ; multò tamen plures sunt & validiores ne irascaris.

Ratio est, quia rationes aeterna, quæ ve petuntur à

superiori parte animi, longè sunt plures & validiores in qua ab inferior: tantum proveniunt. Sed tales sunt illæ rationes quæ verant iram. Ergo sunt plures & validiores, quibus propterea credendum est, nec irascendum.

LPUN.

I. PUNCTUM.

Thomas autem, unus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alii Discipuli: *Vidimus Dominum.* Ille autem dixit eis, nisi *videro in in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.* Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Vide textum: & ex multis quæ inde fructuose possunt colligi, tum illa præcipue charitas Christi, quæ non irritatur, expendi debet. Offenderat Dominum Discipulus incredulus, ex his tribus præcipue capitibus. Primum, quod aliis omnibus referentibus se vidisse Dominum, minimè acquieverit; Secundò, quod nec unquam crediturum se affirmavit nisi ipse videret in manibus ejus fixuram clavorum, quasi ad id vellet astringere Dominum; Tertio denique quod tam diu obfirmatus permanferit, ut non nisi octavo die, quo Christus illi apparuit, à sua perveracitate resipuerit. Nonne ista poterant irritare Dominum, qui duobus etiam peregrinis dubitantibus de iis quæ jam audierant, succensere visus est, cum eis dixit, *O stulti & tardi corde ad credendum?* At ejus charitas non irritatur. En ut appareat iterum omnibus, in unum Discipuli gratiam! ut illum benigne advocat! ut ostendit plagas, manus, pedes, ipsum latus! ò singularem bonitatem! ò verè Dominus & Deus noster! Quid est in aliis offensis viris potentius ad iracundiam excitandam, quam aspectus plagæ acceptæ? At non ita in Christo qui per plagas omnia placat, & pacificat, si ve qua in terris, si ve qua in caelis sunt.

Sic discite nunquam irritari; & quia interdum apparent aliqua irascendi causa, discite ex veritate proposita, multò plures & validiores esse, cur non irascaris. Sicut enim multò validiores illæ, quæ à supremis, ab æternis & semper permanentibus principiis petuntur, quam quæ ab inferioribus; nam illa sunt principia quæ vocant universalissima, principia fidei, principia in ipso Deo qui semper unus & idem est, fixa & rata; alia vero sunt potius rationum quædam apparentiæ sive species & simulachra vacua, quam veræ rationes, nihil quippe est aliud quam ipse appe-

titus naturalis corruptus & depravatus, qui non quidem prava & aperte mala concupiscit; sed qui non aliter movetur & afficitur ad bonum suum quam considerationibus terrenis, mundanis, & fines humanos spectantibus. Revertimini ad iudicium, dicebat puer Daniel: & Christus Dominus, *Nostra iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Itemque Apostolus, *arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitio, consilia deservientes, & omnem altitudinem extollemem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi: & in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.*

Distinctius verò & expressius de hac superiori ratione sanctus Augustinus, à quo alii acceperunt. *Sublimioris, inquit, rationis est iudicare de ipsis corporalibus secundum rationes incorporales & sempiternas: quæ nisi supra mentem hominum essent, incommutabiles non essent.* Et paulò post explicans quænam sit illa ratio superior; *Quæ tenet intendit æternis conspiciendis, aut consulendis. & ex his accipit regulas agendorum.* Itemque alibi: *humana anima naturaliter divinis, ex quibus pendet, commixta rationibus, dum dicit, melius fieret hoc quàm illud, si verum dicit, & videt quod dicit, in illis superioribus rationibus videt.*

Ex quibus satis evidens est, quàm sint hæ rationes aliis inferioris ordinis validiores: Quàm sint inde verò multiplices, seu multò plures, parebit ex sequenti puncto in materia proposita. Tu vide paululum, antequam eò devolaris, ex quali rationum genere frequentius de humanis rebus iudices, loquaris & sentias. Neque tibi jam dicas, oportere te esse omnino spirituales & perfectum, ut sic de rebus iudices, cum potius sic iudicando de rebus, homo fiat spiritualis; sicut carnalis dicitur, qui secundum carnis sensus iudicat, unde idem S. Augustinus; *In homine carnali tota regula intelligendi, est consuetudo cernendi.* Judica Domine iudicium meum, & redime me, cunctosque homines ab illa prava iudicandi regula.

II. PUNCTUM.

Sed rationes, quæ suadent non irascendum, ab illis supremis, æternis, & æternis petuntur principiis.

Nem-

Dan. 13.
Ioan. 7.

2. Cor. 10.

12. de
Trin. c. 2.

Ibid. c. 7.

L. 3. de
Lib. arb.
c. 3.

Serm. 147
de Temp.
Ps. 118.

Luc. 24.

Coloss. 1.

Nempe à Deo, & ab æterna ejus lege; à Christo Domino & Evangelicis Veritatibus; à Spiritu Sancto & Spirituali ejus regimine; à salute animæ & mediis ad eam ordinatis; à cœlesti beatitudine, & aliis similibus motivis & considerationibus, quæ nituntur fide divina, & supra naturam humanam nos evehunt; ex quibus singillatim tam multæ rationes peti possent ad iram dissuadendam, ut longius esset eas referre, satisque proflent apud sanctos Patres. Quamobrem hinc modò sufficiat, in uno ex his capitibus & principiis inhaerere, unde cætera colligantur: Nempe in Christo Domino, cui per iracundiam inordinatam, decem inferuntur injuriæ, quarum vel una cum sit validissima ratio, ne irascamur, sic poterunt dici decem rationes quæ inter alias, dissuadent iram.

Prima petitur ab autoritate Christi Domini tam expressè verantis iram, ut primum sit quod in declaratione novæ legis supra veterem afferat. *Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Cui conformiter Apostolus: Omnis amaritudo & ira & indignatio tollatur à vobis. Quod si alibi videatur iram permittere, proponens illud Davidicum, Irascimini & nolite peccare, sensus est, quod si contingat irasci, sicut sæpe accidit ex naturali motu, tum statim ira sic comprimatur ne ullo modo peccetur; Neque aliter dicimus iram vetari quàm ut peccatum est, unde primus motus qui est tantum passio, aut motus ulterior qui rationi semper subest, non est malus nec vitiosus: sed quia rariùm est hos motus vel tantum esse primo primos quos vocant; vel secundos & rationi obsequentes, idcirco satis est non irasci, sicque propterea præcipit Dominus: & præcipienti repugnat atque injuriam facit iracundus, quasi diceret ut Pharao, *Quis est Dominus ut audiam vocem eius, nescio Dominum.**

Secunda ratio seu secunda injuria est, quæ inferitur æquitati & justitiæ Christi Domini. Cum enim ut optimè observavit S. Augustinus, nulli irascenti ira sua videatur iniusta, semperque iratus prætendat aliquam justam causam, quæ irasci debuerit: Quoties proponitur illi præceptum Domini, toties ille opponit suam causam, quæ si æqua & justa est, certè iniquus Dominus qui vetat & condemnat quod est justum. At nonne hoc injuriosum & blasphemum Christo? *Nunquid*

condemnabis me tu ut iustificeris?

Tercia est, quæ lædatur Christi potentia, si ve divinæ virtutis gratiæ, quæ ab eo nobis confertur ad temperandam iram; si enim desit causa irascendi, dicit iratus non posse se continere, se non posse non irasci, sibi non esse satis virum. Itane verò non sit satis Christo gratiæ, aut non sit satis potens gratia ad id omne nobiscum efficiendum quod jabemur? Certè hoc iniquum & injuriosum est Christo, longèque ante præmonitum à Sapiente, ut cavetes: *Si dixeris, vires non suppetunt; qui inspector est cordis, ipse intelligit, & Servatorem anima tua nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.*

Atque hinc quarta ratio, si ve injuria est, quæ fit Evangelio seu doctrinæ Christi, nec non religioni christianæ, quasi minus possit & valeat quàm secta Philosophorum, quæ omnes condemnant iram, & de ira reprimenda dant præcepta, & de ira repressa reliquerunt exempla. Tu Christi discipulis negabis te posse aut debere quod Ethnicus profiteretur? *Inimici nostri sunt iudices.*

Accedit quinta ex his Christi Domini verbis: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde:* quasi diceret, hoc unum præcipuè doceo non tantum verbis sed & factis, hoc unum præcipuè velim in me observetis, hoc me uno præsertim imitemini; hoc de me referatis exemplum & placitum cui vos conformetis. At verò nihil est magis oppositum quam ira quæ directè pugnat cum mansuetudine & humilitate Christi, qui sicut ovis ad occisionem ductus est, & tanquam agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum.

Quid quod in sanctissimo Sacramento se velut agnum nobis comedendum reliquit, ut hanc ejus mansuetudinem indueremus? Certè hinc sexta noscitur ab ira esse injuria, si sanctum Joannem Chrysostomum audiamus: *Audiamus, inquit, & sacerdotes & subditi, quali esen facti sumus digni, audiamus & horreamus: sanctis carnibus suis nos dedit impleri, semetipsum apposuit immolatum: quamnam igitur erit nobis excusatio cum talibus pasti, talia peccemus? Cum lupi siamus, agnum comedentes, cum tanquam oves pasti, more leonum diripiamus?*

Nec levis alia inde injuria cognoscitur, quæ ordine septima dici posset, cum se Pastorem Christus simul atque agnum fecit ut nos

Matth. 5.

Rom. 12.

Ephes. 4.
Ps. 4.

Exodi 5.

Ep. 100.
ad profu-
rurum.

Job. 49.

S. Hier.
Ep. 9.
S. Amb.
Off. 11.

Dent. 11.

Matth. 23.

1. Cor.

Is. 53.

Cant.

Hom. 6.
ad 10.
Ant.

Eccle.

In Pr.
2. 6.

100. 10. ut nos velut agnos pasceret & regeter, quantacura & sollicitudine pastor gregem suum pascit. An verò luporum est pastor, an ovium? quomodo iracundus se limit ab eo regi? quomodo vocem eius audit? quomodo sequitur præcedentem? Nihil æquè pugnat cum hac pastoris sollicitudine quam iracundia, quæ animum ira occupat, ita turbat & commovet ut nec audire possit loquentem, nec sequi præcedentem, nec retinere secum habitantem Christum, cum locus eius sit in pace, nulla verò pax sit iracundo.

Quid tandem fiat, si nihil agit Christus in irato & perturbato homine, quid fiat nisi discessio & separatio, atque in ejus locum, quæ octava est injuria, succedat dæmon, cui recipiendo nulla est aprior via, quam per iram, ut facile intelligitur ex Apostolo, qui cum dixisset, Sol non occidas super iracundiam vestram, statim addit, nolite locum dare Diabolo, qui, ut interpretatur sanctus Hieronymus, tanquam leo rugiens quarit aditum, per quem possit irrumperè.

Atq; octava injuriæ personam quodammodo Christi attinguat, nunc quæ supersunt duæ, ipsum offendunt in proximo & in nobis. In proximo quidem, quatenus ira semper aut sapius deservit in aliquem minis, probris, pugnis, & omni modo lædit. Sic autem peccantes in fratres, in Christum peccatis, inquit Apostolus.

In nobis denique sic per iram offenditur, ut præterquam quod vitium est & offensa Dei, specialitamen offensa est Christi, quatenus animam nostram tantum facit Christus, ut pro ea suam dederit, tantum decoem & pulchritudinem ejus quotidie æmulatèr, ut in an ea colenda, varanda & spectanda immoretur, æq; in castis suis ponat delicias posse dicere, quam pulchra es amica mea: quam pulchra es? At verò tota per iram deædatur ista pulchritudo, quando vel sola esset ira, tum deicitur de sua sede ratio, tum naturalis ipse ordo confunditur: quantum magis ille supernaturalis, qui in tranquillitate consistit: sic denique anima dedecoratur, ut propterea Sapiens dixerit, fili in mansuetudine, serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritam suam: peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exonorantem animam suam? Jam verò si sola nunquam sit ira, si verum est quod ait sanctus Hierony-

Hayverusve pars 2.

mus: Ianna vitiorum omnium est, quæ clausa, virtutibus intrinsecis dabitur quies, aperta vero ad omne facinus armabitur animus: Quæ tandem corditæ: eum infuscari animam necesse est, & quæ injuria sponsum offendi Christum?

III. PUNCTUM,

ESTO igitur apparent aliqua irascendi causas multò tamen plures sunt ac validiores non irascendi: Cum sint æternæ & supremæ, cum sint in ipso Christo fundata, qui est fundamentum totius ædificii, qui est caput totius corporis, qui est ratio superior totius hominis: Quid contra opponat iracundus nisi quid stultum, quid imprudens, & aliquid inconsultum ac temerarium, quandoquidem, ut ait Sapiens, Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum? Ac proinde prorsus irasci desinat, nec prætentat aliquas iræ suæ causas; nam vel omnino nullæ sunt, vel si putet se habere causam irascendi, certè cogitet se habere plures & validiores cur non irascatur. Expendat causam cum causis, rationem cum rationibus, personas cum personis, damna cum damnis, offensam cum offensis; & quantum magis volet ratione se in iracundia tueri sua: tantò se minus tuebitur, quia ratione potentiori revincerur; & satius illi esset fateri suum vitium & cum divina gratia prospicere, quam dum illi causam prætextit, non desinit esse vitium, & desinit agnoscere & curari.

Hinc forte dicitur quod ira in sinu stulti requiescit, quasi diceretur, non nisi stultum oportet esse illum hominem, qui causas iræ prætentit, ut quieteat in illis suis prætentis causis; nam cum sint multò plures & validiores ut non irascatur, stultum est veris relictis, falsas & apparentes prætentere. Et quantum magis inclamat, quod illatæ sibi injuriæ remedium velit irascendo adhibere: tantò se magis stultum & derideandum exhibet, ut qui majorem sibi afferat injuriam irascendo, quam patiendo. Non est adhibere malo remedium, quando malum augetur: nec nisi stulti est minus malum graviore velle curare malo; Unde aptè Sapiens, ut jam supra monuimus.

Impatiens operabitur stultitiam, Et paulò post, Provi. 14. qui patiens est multa gubernatur prudentia, qui Ibid. 19. autem impatiens est exaltat stultitiam suam: Rursusque expressius ad rem nostram: Qui

P p

imp-

Prov. 21.

Ecclesi. 7.

Prov. 14.

Ibid. 19.

irascens est sustinebit damnum: & cum vapuerit, illud apponet. Quod sic declarat Ecclesiasticus: Iracundia amposcit illius, subversio illius est; usque in tempus sustinebit patiens, & postea reddidit inconvulsus. Denique rem concludit quod idem ait. Homo iracundus incendit liam: si sufflaveris in scintillam quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur: Quasi diceret, quid faceres si quis forte scintillam ignis in vestem tuam iniecisset: an velles illam in sufflando magis inflammare?

an potius supra expuendo extinguere? Hoc ipsum de ira seu de causa iræ cogita: si illatae injuriæ irasceres, in scintillam ignis insufflas: si verò iram comprimis, tu in scintillam expuis, & extinguis. Nonne hoc fatius? nonne hoc consultius? Nonne hoc statues in Domino, atque aliis procurabis?

Vide passim ubi de ira vel de mansuetudine: præsertim in Quadragesima, cum de Christo patiente ageretur.

FERIA QUARTA. APPARET CHRISTUS SEPTEM Discipulis de nocte piscantibus: Ubi & apparet Charitas quæ non cogitat malum.

Mane autem facta, stetit Iesus in littore. Ioan: 21.

VERITAS PRACTICA.

Si Charitas cogitaret malum: malum de Charitate cogitari posset.

RATIO EST, Quia malum de Charitate cogitari posset, si Charitas Charitati pugnantiæ faceret.

Sed si Charitas cogitaret malum, secum pugnaret seu pugnantiæ Charitati faceret.

Ergo si Charitas cogitaret malum: malum de Charitate cogitari posset. Quod cum omnino nefas sit, nefas est & cogitare malum de aliis.

I. PUNCTUM.

HISTORIA rei gestæ quæ fuit à sancto Joanne refertur, videri potest. Summa hæc est: Septem Discipuli Petro duce cum de nocte piscando, nihil prendidissent: stetit Iesus sursum mane in littore, tum primum quidem illis incognitus, luasque ad dextram navigii, mitti re: quo factò ceperunt multitudinem piscium copiosam. Agnovit illic Joannes Dominum, dixitque Petro, Dominus est: ac Petrus statim cæterisque ad eum convenerunt.

Quæ & alia postquam menti subjeceris & tantisper revolveris, adverte quod licet in hac piscatione non peccarint Discipuli cum ut

ait sanctus Gregorius, negotium quod ante conversionem sine peccato exitit, hoc etiam post in Evangelio conversionem repetere culpa non fuit; ac proinde Christus Dominus non potuerit cogitare malum de illis, cum revera nullum esset: Judæi tamen, aut alii si vidissent Apostolos sic una simul piscantes, forte suspicari potuissent illos repetuisse sæculum aut secularia negotia quæ videbantur abjecisse. Nonne illi ipsi sunt, qui relictis omnibus secuti sunt Dominum? quid ergo resumunt quod reliquerunt? Quod eò vel maxime in deteriorem partem sumi poterat, cum diu multumque laborantes nihil magis ceperint, quam dum primò ante conversionem dixerunt, per totam noctem laborantes, nihil capimus. Nam si bene agunt, cur non illis adest Christus? Aut si non adest, cur non liceat saltem cogitare & suspicari minus forte prudenter & consultò ab illis agi?

Hæc humanas cogitationes cum suscipere possent homines, hoc saltem videbat Christus sic posse ab hominibus de hac discipulorum piscatione malè cogitari, sicque illis poterat quod alias dicere, Non scandalizemus eos. At verò Christi charitas, charitas est quæ nec cogitat, nec cuiquam imputat malum: non modo nec ipse Christus cogitat malum: sed nec ab aliis vel tantillum cogitari significat. Contemplete attentius hanc singularem eius chari-